

300 DE BELLO GALLICO

A▷ HIRCII DE  
RELICTORVM DE BELLO  
GALLICO, LIB. VIII.



ACTVS assiduis tuis uoci  
bus Balbe, quum quotidiana  
mea recusatio, non difficulta  
tis excusationē, sed inertiae ui  
deretur deprecationem habe  
re, difficillimam rem suscepi,  
Caesaris nostri commentarios  
rerum gestarum Galliae non comparandos superiori  
bus, atq; in sequentibus eius scriptis contexui: nouissi  
meq; imperfecta ab rebus gestis Alexandriae confeci,  
usq; ad exitum, non quidem ciuilem dissensionis, cuius  
finem nullum uidemus, sed uitae Caesaris: quos utinam  
qui legent, scire possint, quam inuitus susceperim scri  
bendos, quo facilius caream stultitiae, atque arrogan  
tiae crimine, qui me medium interposuerim Caesaris  
scriptis. Constat enim inter omnes nihil tam operose  
ab alijs esse perfectum, quod non horum elegantia  
commentariorum superetur: qui sunt editi, ne scien  
tia tantarum rerum gestarum scriptoribus deesset:  
adeoq; probantur omnium iudicio, ut praerepta, non  
praebita facultas scriptoribus uideatur. Cuius tamē rei  
maior nostra, quam reliquorum est admiratio. Cateri  
enim quam bene atq; emendate: nos etiā quam facile,  
a:q;